



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt laici in synodo, nisi clericis iubentibus, docere non audeant. xii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*Ex decr. Pij papa, cap. 3.* **L** Ex imperatorum non est supra legem Dei, sed subter. *De imperatoria lege. Cap. X.*  
*Quando canonica ventilantur, nisi sint religiosi, laici non intersint. Cap. XI.*

*Ex cõcil. Cabillon. cap. 6.* **Q** Vando ea quæ canonica sunt ventilantur, vel quando regularia examinantur, neque aliquos laicos interesse nisi religiosos oportet: & nisi hos tãtũmodo, qui in propria appellantur persona.

*Vel laici in synodo, nisi clericis iubentibus, docere non audeant. Cap. XII.*

*Ex concil. Carthag. cap. 118.* **L** Aici in synodo presentibus clericis, nisi ipsis iubentibus, docere non audeant.  
*Vt populus sit docendus, non sequendus. Cap. XIII.*

*Ex decr. Celesti. papa, ca. 22.* **D** Ocendus est populus, non sequendus: nos quæ si nesciunt quod liceat, quidve non liceat commoneat, non his consensum præbere debemus. Quisquis vero conatus fuerit tentare prohibita, sentiet censuram canonicam minimè de futuram.

*De illo qui contra decretum episcopi venerit. Caput XIII.*

*Gregor. dicit.* **S** i quis venerit contra decretum episcopi, ab Ecclesia abiciatur.  
*Ad moneatur imperator, vt consuetudinis apostolicæ se dis obtemperet. Cap. XV.*

*Ex decr. Anast. papa.* **I** llud verò peculiariter pro amore imperij vestri, & beatitudine quam consequi poterit regnum, pro apostolico officio prædicamus, vt sicut decet, & spiritus sanctus dicitur, monitis nostris obedientia præbeat, vt bona omnia vestra respublica consequatur, sicut in Exodo promittitur. Si audieris vocem domini Dei tui, & quæ placent fueris coram eo, & obedieris præceptis eius, & custodieris omnem iustitiam eius, omnem infirmitatem quam importavi Aegyptiis, non importabo in te. Ego enim sum dominus, qui saluum facio te. Et illic iterum tuba potentissimi canitur: Et nunc Israël, quid dominus Deus tuus postulat à te aliud, quàm vt timeas dominum Deum tuum, & ambules in omnibus viis eius, & diligas eum, & seruias domino